Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



git me aliquis. Quasi diceret. Turba p̄mit. fides tangit.
Videtur ergo ista maria cui dixit dn̄s. noli me tangere. non
dum enim ascendi ad patrem meum ecclē gestare p̄sonam.
quę tunc in xp̄m credidit cum ascendisset ad patrem. Ecce
uos interrogo quando credidistis. interrogo ecclīam in to
to orbe terrarum diffusam. cuius p̄sona erat in una femina
& una uoce mihi respondit. Tunc credidi. cum dn̄s ascen
disset ad patrem. Quid ē tunc credidi. nisi tunc tetigi.
Multi carnales xp̄m tantum m̄o hominē putauerunt. diui
nitatē in illo latentē non intellexerunt. & id̄o n̄ bene te
tigerunt. quia n̄ bene crediderunt. Vis bene tangere.
Intellige xp̄m ubi ē patri coeternus. & tetigisti. Si aut̄ ho
minem putas & nihil amplius putas. tibi nondum ascen
dit ad patrem. Adhibuit ergo dn̄s ih̄s speciem corporis
humanis sensib; ad confirmand̄a carnis resurrectionem.
Nihil nos docere uoluit ostendendum se uiuum in corpo
re post resurrectionē suā. nisi ut credatur a nobis resurre
ctio mortuorū. donec ueniat dn̄s & illuminet abscondi
ta tenebrarū. Quid ē hoc. Audi quod sequitur. Et mani
festauit cogitationes cordis. Cor uidere d̄i ē. hominum
aut̄ non ē nisi de his quę manifesta s̄ iudicare. Modo
ergo cogitationes nr̄ę nobis ipsis singulis quib̄q; in luce
sunt quia nouimus eas. s; p̄ximis nr̄is in tenebris sunt. quia
non uident eas. Ibi quod nostite cogitare & alter sciturus
ē. Quid times. Modo uis abscondere. modo publicare ti
mes cogitationes tuas. Forte enim aliquid mali aliquan
do cogitas. forte aliquid turpe. forte aliquid uanum. Nihil
ibi nisi bonum. nihil ibi nisi honestum. nihil ibi nisi uerum.
nihil ibi nisi purum. nihil ibi nisi sincerum. Quando ibi